

De beata vita

inceduntur: cum vna regalis via: lex dei videlicet que neq; ad dexteram neq; ad sinistram declinat: per negligentiam deseritur. De qua via dominus iesus christus qui est finis legis ad iusticiam omni credenti denūciat. Ego sum via veritas et vita. Nemo venit ad patrem nisi per me. Ad quā viam omnes cōmuniter inuitat dicens. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiā vos. Quia non est personarum acceptio apud deum: vbi non est iudeus et grecus. masculus et femina: seruus et liber: barbarus et scirba sed omnia in omnibus christus. Omnes enim vnum sunt in christo iesu. Dū ergo christus finis est legis: qui sine lege sunt: sine christo sunt. Igitur populus sine lege: populus sine christo est. Abusuū ergo in temporibus euangelij populū sine lege fieri: quādo apostolis in cunctas gentes licentia p̄dicationis data est: quādo tonitruum euangelij per cunctas seculi partes intonuit: quādo gentes que non sectabantur iniusticiā apprehenderunt iusticiam. quando qui longe fuerant facti sunt p̄pe in sanguine christi: qui aliquando non populus: nunc autē populus dei in christo: quādo est tempus acceptabile: et dies salutis et tempora refrigerij in prospectu altissimi: quādo vnaqueq; gens habet testem resurrectionis: quādo ipse testatur dominus. Ecce ego vobiscū sū omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Non fiamus itaq; sine christo in hoc tempore transitorio: ne sine nobis christus esse incipiat in futuro.

¶ Finis duodecim graduū abusionū sancti Augustini.

¶ Ex libro retractationū beati Augustini in librum de beata vita.

Librum de beata vita non post libros de academicis sed inter illos: vbi scriberem contigit. Ex occasione quippe ortus est

natalis mei: et tridui disputatione cōpletus. sicut satis ipse indicat. In quo libro constitit inter nos qui simul quezebam⁹ non esse beatam vitam: nisi perfectam cognitionē dei displicet tamen illic: quod malio theodoro: ad quem librum ipsius scripsi. quāuis docto et christiano viro plus tribui q̄ deberem. Et quod fortunam etiam illic sepe nominauit: et quod tempore vite huius in solo animo sapientis dici habitare vitam beatam: quomolibet se habeat corpus eius: cum perfectam cognitionem dei. hoc est: quia hominū maior esse non possit: in futura vita speret apostolus: que sola beata vita dicenda est. vbi et corpus incorruptibile atq; immortalē spiritui suo sine vlla molestia: vel relictatione subdetur. Hanc istum librum in nostro codice interruptum repperi. et non parum minus haberet: sic a fratribus quibusdam descriptus est: nec ad huc apud aliquem integrum inueniatur: ex quo emendarem: quādo hec retractaui. Dic liber sic incipit. Si ad philosophie portum.

¶ Beati Augustini episcopi: de beata vita liber incipit.

Prohemium.

Iad philosophie portum: de quo iam in beate vite regionem solum:

q̄ proceditur. vir humanissime atq; magne theodore: ratione institutus: cursus et voluntas ipsa perduceret. nescio vtrum temere dixerim: multo minoris numeri homines: ad eum peruenturos fuisse: quāuis nunc quoq; vt videmus: rari admodum pauciq; perueniant. Quis enim in hunc mundum: siue deus siue natura: siue necessitas siue voluntas nostra: siue coniuncta horum aliqua: siue simul omnia: res enim multum obscura est: sed tamen a te iam illustranda suscepta: veluti in quoddā procellosum salum: nos quasi temere passimq; p̄iecerit. quorū quisq; cognosceret quo sibi nitendum esset: quauē redeundum: nisi aliquando et inuitos contraq; obrūtenes aliqua tempestas: que stultis videt